Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Gereimter Marienpreis."Virginum virgo beata, super celos exaltata, peccatorem me dignare ... - Gentibus desiderata Regna duc me ad beata"

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Ave Maria gratia plena

Virginum virgo beata · super celos exaltata
Pietatem me dignare · sanctissima te laudare
Tempore quando tu timore · ut polluto laude ore
Te factoris genitricem · et factorem salvatricem
Et tu domina maria · super omnes virgo pia
Laudes mee parvitatis · ave caput pietatis
Mundo lux apparuisti · et luce plena fuisti
Causa lucis extitisti · quia lucem genuisti
Per eam quondam perempta · per te mundus est redempta
Eius pena introivit · per te nobis mors abivit
Serpens eve sententiam dedit · et per hunc ea decepit
Tu presentia tui ventris · fraude destruens serpentis
Concepisti sine peccato natum non patribus de mare
Gabriel conceptum tuum · nunciavit deum suum
Que dixit deo digna · super omnes benedicta
Virgo deum conceptura · et intacta paritura
Noli maria timere verbum amantis verbo crede
Suscipe verbum in mente · concipe deum in ventre
Credidisti gabrieli · peperisti regem celi
Partus tuus virginalis · sicut sine viris malis
Quid de te virgo credamus · per te sorte audiamus
De dicenda confitemur / quod et nos de te dicamus

Respondit virgo maria

Ego quamquam sine viro / filium concepi virgo
Qui me fecundavit / dei virtus obumbravit
Humilis uterus meus / que intravit per meus
Quod ut virgine intravit · sic me virgine servavit
Tempus venit pariendi / tempus mundum redimendi
Peperi creatorem / nullum sentiens dolorem
Sine dubio processit · nec virginitas recessit
Nec fracto virgineo / claustro tenui pudorem
¶ O mundum spectaculum · o spectandum miraculum
Virgo parit et fit facta / mansit omni carne
O celeste sacramentum / o regale condimentum
Infans vagit atque tonat sugit lac et vitam donat
Invisibilis videtur et in mensura continetur
Impalpabilis palpatur · in natura commutatur
Omne seculum miretur totus mundus congratuletur
Quod fit homo deus et salvator homo reus
O sanctitas amanda o virginitas miranda
Lingua nec lingua digne fari nec mens potest meditari
Quod que virgo lactabat cibum omni tamen dabat
Quod que virgo tenebat omnia deus se replebat

Mundi domina virgo talis virgo felix et fidelis
Laudes factas ab indignis respice vultu benigno
Ego sum indignus vere ut ave virgo laudare
Sed tamen possum te vocare et si velis me notare
Igitur non indigneris ave virgo si lauderis
Sed hec me invadens te laudando fac amandum
O qua felix ille pre qua felix illa mater
Que te virgo genuerunt et infantem nutrierunt
Genita de stirpe regum erudita sensu legum
Leges ipsas tenuisti et te sanctam custodisti
Parentibus dilecta a deo mater electa
Sola deo placuisti que portare meruisti
Prophetis predicta multis signis demonstrata
Venter mansit incorrupta quamvis parturis innupta
Virgo floret non humore virgo pregnans non amore
Infans quoque in matris ventre exultat te vidente
Ipsa me preveniens vocat te matrem factoris
Tu virgo peperisti gaudium tale fecisti
Quod nunquam visum astris mirare nomine partu
Leta virgo quoniam gentes jubilat redempte
Magi veniunt ad partum et vident regem natum
Chorus gaudet angelorum peperisti cibum quorum
Angelus testatur qui vere te magnam novisse
Ad te veniunt pastores tui partus laudatores
Invenerunt te cum nato in presepe reclinato
O beatus partus ille quem laudant modis mille
Per quem fuit restitutus chorus quondam diminutus
O puerpera felix o virgo beata nimis
Per quam vita reparatur et pena mortis effugatur
O beata mater dei mea spes et causa spei
Ad quam clamat omne evi miserere esto propitia mei
O mater pietatis o virgo caritatis
Fons totius bonitatis me defende a peccatis
O mater sobrietatis mee causa libertatis
Tocius aule gaudiis mecum esto conterens
O lapsorum publicanorum applicatorum exploratrix
Tuta porta naufragantium audi preces te orantium
O creatoris creatrix creaturarum salvatrix
Deus te propter natum tuum tollas ut peccatum
O virtutum restauratrix miserorum miseratrix
Invocantium salvatrix esto anime gubernatrix
O salutis fundamentum spes et salus penitentium
Remedium medicamentum plena me pietate receptum

O exemplum castitatis et o forma sanctitatis
Esto morum disciplina erue me regina
O ardentium lucerna qua fulsit lux superna
Ut fiam ut inferna tu me de duc ad eterna
O templum divinitatis puteus pietatis
Patriarcharum plenitudo esto michi fortitudo
O via salvatoris misera peccatoris
Tu me dote te laudare et dote laudis amare
O ymago deitatis et decus nobilitatis
Gentibus desiderata regna duc me ad beata

Amen

O maria vite via plena dei gratia
Inter deum et me reum rogo ut sis media
Funde precem ne in noctem declinam perpetuam
Ut sim castus atque mundus te laudare cupiam
Ille ductus et instructus assit michi spiritus
Qui te mundam et fecundam fecit esse talem
Ille numquam ne delinquam me confirmet gratia
Tua repleuit te qui fecit inter tua brachia

Amen

Vas decoris et honoris vas celestis gratie
Templum mei redemptoris fons concordie
Miserorum miseratrix et lapsorum sublevatrix fons vite
Virgo vite reparatrix angelorum imperatrix et celestis curie
Virga iesse gratiosa super omnes speciosa florum fructu specie
Oculos tuos gloriosa converte ad nos graciosa o regina glorie

Amen

Ave virgo stella maris mater sapientie
Audi virgo singulare preces nostras hodie
Flos maria castitatis expelle me [?] et tristitie
Plaga mee [?] unge me caritatis oleo letitie
Dormientes in peccatis leva mater pietatis et latam misericordie
Et per via veritatis duc ad regna claritatis stella domus regie

Amen

O maria stella maris medicina salutaris corporum et cordium
Fons signatus clausus ortus tota pax vite porta pauperum suffragium
In hac valle lacrimarum in hoc loco tenebrarum et fraudes hostium
Nos custodi nos defende sis adiutrix et impende quod necessarium

Amen

Amplificabitur indubie virgo pia devote dicenti
Auxiliare virgo maria. Scribenti dei gratia [?]
Completa oratio et finita in civitate Bononia [?] die palmarum
Anno 1439 [?] ordinis predicatorum [?]